

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius ... Ad
Exequias, Quas ... Dn. M. Matthiae vom Lohe/ Pastori Aedis S. Catharinae ...
Marito suo Desideratißimo, Paratura est ... Vidua Maestissima, Ordinum omnium
Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097628X>

Druck Freier  Zugang



Corfinius, J.

in

M. v. Lohé.

Rostock, 1653.

47





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77097628X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097628X/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES CORFINIVS,
SS. Theol. D. Moralium Professor,
& Pastor D. Mar.
Ad Exequias,
Quas
Reverendo & Clarissimo VIRO
DN. M. MATTHIAE
vom Lohse/

Pastori Aedis S. Catharinæ vi
tissimo, & bene merito,

Marito suo Desideratissimo

Paratura est in Templo B. Virginis
Hor. 1. pomer.

Vidua Mastifissima,

Ordinum omnium Cives Academicos
sedulo & amanter invitati.

•S(0)S•

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LIII,



Nuper primè revertentem Tempor circulum exorsi sumus, qui Passionali de stinatur scrutinio tormentorum JESU, quæ crudelissima fuisse Evangelica Harmonia pandit. Sacris ergo meditationibus de Cruciatu studium ardoremq; animorum dedicandum esse Christi athletæ exactè noverunt, qui salutiferæ huic cognitioni nullam doctrinam, nullamq; scientiam, quantumvis celebratissima fuerit. anteferendam esse probè ponderant, sufficere etenim sciunt Sapientiam Crucis. Litterarum cognitionem haud vulgarem sibi quondam acquisiverat Apostolorum ille Coryphæus vocatione quidem postremus, industria verò & labore facile primus, cum Hebræorum, Græcorumq; Doctorum Antesignanos impigrâ evolvisset operâ, at dehinc minimi faciebat illam, quam sibi pridem ex tot monumentis comparaverat rerum notitiam, & in solo Christi cruciatu Sapientiæ bâsin locavit, namq; expressè hæc elocutus est, *Haud judicavi me quidquam scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum:* Eruditissima quidem hauserat Monita ex ore Gamalielis Cathedram Mosis occupantis, & ex illius pluteo Scripta evolverat egregia, Dogmata quoq; fæderis antiquioris lustraverat exactè, & animo commiserat non immemori, *ἀρρενα* deniq; audiverat, cum ad tertium sublatus esset cælum, & Seraphicos vidisset Professores, nihilominus omnia arcana & sapientiæ puncta, quotquot ab informante Deo concredita fuerant, in unico circulo sangvineo continerit testatus est, neq; aliam profiteri voluit Philosophiam vel Theosophiam, neq; doctrinam, inculcavit aliam, preterquam illam quæ erat de necessitate Christi cruentâ, quam modis omnibus scrutari concupivit,

pivit, susq; deq; habitis purpuratis Rhetorum fiosculis,
& speciosis Corinthiorum ampullis, Sophorumq; scien-
tiis maximè alias decantatis. In Toparcham hunc Ec-
clesiae incomparabilem tutissimè defigent oculos, quo-
quot fidem suam Imperatori cœlesti sacramento ob-
strinxerunt, Verbi imprimis Præcones, qui excitantis
admittent monitum Apostoli, *Estate mei imitatores, velut*
& ergo Christi. Hoc ipsum cum non perfunctoriè expen-
deret *Vir Reverendus & Clarissimus, Dn. M. MATTHI-*
AS vom Lohes Tempeli Cathariniani hactenus vigilans
Pastor, Collega noster & Amicus quantisper orbi interfuit, di-
letus, in stadio Theologico soli huic Crucifixo Ducī
suam consecravit operam, & ut illius amorem doctrinā
indefessā cordibus mortalium instillaret, laboravit im-
pigrè, cumq; novisset, Amorem sincerum in cordibus
humanis ne quidem otiali posse, si penitus Christiam o-
rem inspiceret, eapropter remis velisq; id agebat, ut
afflictissimi Servatoris supplicia, & exinde derivatam
charitatem ineffabilem omnium oculis animisq; expo-
neret: & quamvis in Anno proximè elapso jam vires ni-
mium-quantū debilitas esse animadverteret, noluit
tamen alii suas deferre vices, sed ipse cum morbi inva-
dentis malignitate collectans, salutiferam Christi lu-
cetam mortemq; laboribus Passionalibus Auditorum,
cætui declaravit, neq; in cursu Ecclesiastico substituit,
quantisper admisere vires, potius in ipsis Paschatis Fe-
riis ex Suggesto descendens subsidiariam ducentium ad-
hibuit operam, ut ad ædes remigraret proprias, quas
suapte facultate repetrere haud valebat. Ex illo tempore
per integrum propemodum Anni spatiū lecto affixus
cum atrocissimis & pertinacissimis affectibus Scorbua-
rias conflictatus fuit, donec tandem in his ipsis tempo-
ris Passionalis primordijs placidâ beatâq; morte mor-

A 2

bum

bum fugavit, quem anno proximo, circa idem tempus infensum hostem, sua spicula primitus vibrantem expertus erat, adeoq; Passionalis devotio & sacra meditatio Cruciatuum Christi in morbi exordio animi & corporis imbecillitatem confortavit, eademq; agonizantem invicta consolidavit fiducia, & animi magnitudine constanti. Cæterum non Præto duntaxat Crucifixi Ducis esse, debebat, sed armiger quoq; & assecla fidus, qui subinde cum ipso aculeos afflictionū, & ictus exciperet inflictedos, ut quæ aliis propinare solitus erat solamina in afflictione adhibenda, in proprio quoq; applicaret penitali, & immissam crucis amaritudinem masculè vinceret, ac nō fractæ fortitudinis reportaret corollam. Morbi validissimos tolerare coactus est insultus, non per unum alterumve meniem, sed per continuum anni tractum, quot horas interea dolore repletas, quot confibulatas animi angustias expertus sit, quot deniq; noctes duxerit insomnes, collectu cuivis erit facillimum; Ipse nihil osci- us concatenatam doloris, lassitudinis, & omnis ægritudinis molem pertulit patientissimè, cumq; illam sarcinam cælitus sibi immissam esse perspectum haberet, levamina sibi ipsi paravit toleranter ferendo, neq; domesticam suam molestiam prä omnibus reliquis ponderosam esse arbitratus est, sed communem humani generis sortem sèpius difficiliora secum trahere rite pondereavit. Vulgatus equidem plurimorum error est, & fixas jam ubiq; locorum egit radices, quo unusquisq; suam sibi crucem teterrimam fingit, & crudelissimam, quæ cunctis reliquorum calamitatibus sit anteferenda, qui si ex adverso sibi persvaderent, se nunquam tanta passos, neq; passuros unquam, quin alii longe graviora passi comprehendantur, utiq; ad sedatam tranquillitatem animos mature componerent, neq; domesticam sarcinam,

cum

eum peregrinā facile commutarent. Explicatē Stoico-
rum Magistri hæc suis inculcabant Auditoribus, pluri-
ma quæ patientur mortales, ipsorum opinione majora
fieri & sœviora. Hinc Seneca, Opinio est, inquit que nos cru-
ciat, Etanti quodq[ue] malum est, quanti illud taxavimus, in no-
strâ potestate remedium habemus; Cui famigerabilis ejusdem
Sectæ Doctor concinit, Homines perturbansur non rebus,
sed iis, quas de rebus habent, opinionibus, Verbi causâ. Mors non
est malum, alioquin enim & Socrati ita risum esset, sed opinio de
morte, qua mecum eam facit. Cumigitur impedimur aut distra-
bimur, non alios culpemus, sed nos mes ipsos, hoc est nostras op-
iniones. Hinc adeò fieri certum est, quod imaginatio plu-
ribus officiat magis quam afflictio ipsa, quod è formi-
cis elephantos, è lepusculis pantheras, & è canibus tigrides.
aliosvè terribilium portentorum exercitus nobis ef-
fingamus, atq[ue] cum propriis decertemus phantasmati-
bus. Sed qui penitus humanas inspicient calamitates.
terribiles quidem has malorum larvas mundano cordi
formidandas esse noscunt, at si contrâ Spiritus robore
polleat, impavidâ æquanimitate se adversa quævis com-
plecti posse exacte sciunt. Hæc talia animum Viri piè
nunc defuncti, & Præconis fidelissimi in diuturnâ mor-
bi afflictione confortarunt, & effectere, ut tandem Spir-
itum absq[ue] molestiâ placidè efflaret, suoq[ue] Servatori scie
magnâ animi propensione dederet. Cœterū in hanc
orbis Scenam lucemq[ue] prodiit Anno' superioris saeculi
nonagesimo nono, & Patrem salutavit Virum Spectatis-
simum & Integerrimum Dn. MATTHIAM vom Ehe/
Civem hujatem Primarium, ex vetusta prosapia in Du-
catu Cliviorū oriundum, qui derelictis bonis paternis
& maternis obgravissimas sinceroris Religionis perfe-
ctiones in Belgio quondam exortas, ad hæc maritima
loca Baltica concessit, atq[ue] ad mercaturam animunt.

applicavit. Is ipse cum hanc ingressus esset urbem relicis Papicolarum
ollis Ägyptiacis, ob singulares ingenii dotes, lingvæq; Romanæ cogni-
tionem & defacata Religionis confessionem, Viris Admodum Vene-
randis & famigerabilibus Dn. D. DAVIDI CHYTRÆO, D. JOH.
FREDERO, & D. JACOBO BORDINGIO, præcharus erat, qui
illi ut in tramite veritatis persisteret, fidi fuere svalores. Genitricem
agnovit ANNAM Winecken/Fœminam muliebri decore satis conspi-
cuam, quæ ex præcipuis Parentibus in Civitate Bützoviensi edita erat,
Avum Paternum habuit JOHANNEM vom Sohe/ Virum Strenuum
& Nobilem, in Ducatu Cliviorum in Schnappenbaum/ vnd Stürcken/
penes Goch & Wesen hereditarium : Aviam vero Paternam laudavit
ANNAM Crusen/ex florentissimâ in Ducatu eodem prosapiâ oriundam.
His Parentibus & Majoribus post Deum vitæ originem adscri-
psit, educationem vero liberaliorem debuit Vitrico suo, Viro Littera-
tissimo & Integerrimo ALEXANDRO Groten Lemgoiensi, qui
Anno 1603. Matrem ejus connubio sibi junxit, cum antea Parens immatu-
râ nece Anno sexcentesimo in mari naufragium passus vitam finivis-
set. Cum vero non obscuris indicis indolis & ingenii bonitatæ in
ipsa pueritiâ proderet, nihil in se desiderari passus est ille qui Parentis
vices supplebat, quod ad filium probè curandum faceret. In patriâ pri-
mitus Scholæ, dehinc Anno ætatis 16. in Güstrovieni, postilla in flo-
renti Lübecensi Ludo Litterario sub manuductione Clarissimi Viri
Dn. KIRCHMANNI, per quadriennium informatus est, donec in
Anno Jubilæo Academiæ nostræ decimo nono ad Universitatem hanc
regredieretur, in quâ Studio Philosophico se primum consecravit, ad-
hibitis Ductoribus Dn. M. VULPIO, & M. LANGIO, postea
sacro Theologiæ Studio sese penitus addixit, & diligentissimam huic
impedit operam, audivitq; docentes Theologos Excellentissimos,
Dn. D. PAULUM TARNOVIUM, Dn. D. AFFELMANNUM,
Dn. D. JOHANNEM TARNOVIUM aliasq; Theologiæ Professo-
res. Anno millesimo, sexcentesimo, vigesimo septimo ad Salanam
Universitatem perrexit, adjuncto Comite Viro Reverendo & Erudi-
tissimo Dn. JONA RICHTERO, ad D. Petri quondam Ecclesiaste
dignissimo, in quâ Celeberrimi & Eminentissimi Viri Dn. D. JO-
HANNIS GERHARDI, Theologi ab eruditione & pietate lauda-
tissimi convictu & familiari congressu usus, & à Tanto Viro maximè
adama-

adamatus fuit Macarites, quod ipsus Testimonii à Dn. D. GERHARDO
communicati, typisq; exsculpti verbis omnium oculis sufficere placet,
Sic enim ille, Vir Litteratissimus Dn. MATTHIAS vom Ehe / Rostochien-
sis, meus per annum & quod excurrit in hac Salaria Convictor singulari-
narii dilectus, cum ex Academiâ patriâ praeclarum tam Philosophiæ, tum im-
primis Theologæ eruditiorum thesaurum in hanc nostram Academiam secum
deserret, eundem continuo & indefesso studio nocte dieq; locupletare non de-
sistit: In auscultando Lectionibus Theologicis & Disputationibus hebdomada-
ris fuit assiduus, In Collegio Disputatorio publico & Respondentis & Oppo-
nentis partes cum aliorum applausu gnaviter sustinuit; Disputationem in
eodem Collegio proprio marte conscriptam & ieris Aphorismis comprehen-
sam me Præside masculè defendit; in vita & moribus se verè inculpatum
præstisit, atq; ut verbo dicam, non exemplum modò sed & exemplar Theologi
omnipotens ex eius sese exhibuit, rectissime statuens, Eruditionem sine pia-
tate esse gladium in manu furiosi. Dehinc cum ad locupletandam cogni-
tionis Theologicæ supellecitem Peregrinationem quoq; facere perip-
ceret, adiit Academias extereras celeberrimas, Urbesq; Germaniæ pri-
marias invisit, cum litteris Commendatirii celebratissimo Theologo
D. GERHARDO ad alios Excellentissimos Theologos conscriptis
instructus esset. Valedixit ergo Jenæ, & salutavit Tübinger D. THUM-
MILLIUM, Marpurgi D. FEURBORNIUM, Ulmae D. DIETERICUM,
Argentine D. SCHMIDIJUM, Francoforti D. TIDELBACHIJUM,
Ratisbonæ D. HERMINGIJUM, Coburgi D. METFARTIJUM, Dresdenæ
D. HOEN, Lipsiæ D. HOPFNERIJUM, VVitebergi D. LYSERIJUM,
Helmstedti D. CALIXTUM, & D. HORNEIJUM, aliasq; complures
Theologos summos, qui illum humanissime exceperunt, & voto Ho-
spitis Dn. D. GERHARDI abundè satisfecerunt. Anno 1628. in
patriam faustè reversus est, atq; subsequenti Anno 1629. ab Amplissimo
Urbis Senatu ad Templi Cathariniani Pastoratum legitimis suffragiis
electus & surrogatus est, quam Ecclesiasticam functionem quâ fide
industria, & labore sedulo per ipsos viginti quatuor annos sustine-
rit, æqui rerum aestimatores satis prædicabunt. Anno 1630. die Medar-
di connubiale fædus contraxit cum Virgine Lectissimâ ELISABE-
THA Rölsouwen / Viri Integerrimi Civisq; Rostochiensis primarii
PASCHASII Rölsouwen / Filia, hodie Vidua relictâ Conjunctissimi

M-

Mariti obitum acerbè deplorante. Ex hoc conjugio suscepit Filios
lostres, FRIDERICUM, MATTHIAM, & JOHANNEM,
(quos omnes in tenerà pueritìa ad cælestem sedem præmisit) Filias
vero binas, ANNAM-SOPHIAM, & MARIAM-ELISABETHAM,
adhus divinà clementiâ superstites, quæ cum Parente
sint orbatæ mortali, earundem ut immortalis & æthereus Pater
curam gerat impensiorem optamus. Anno proximè elapso circa
Pascharis Festum morbi violentiam vehementiorem expertus est, cuius
malignitatem sequenti Dn. Medici asserto exprimere optime licebit;
Dispositione Vir Reverendus temperamenti non solum, sed etiam vita ge-
nere Affectui Hypochondriaco valde obnoxius erat, qui tameh anno superiori
in Scorbuto propemodum confirmatum degeneravit, ita ut præ reliquis
in Scorbuto familiaribus Symptomatibus, non exiguum molestiam crearent
continuus Pyralismus, gingivarum palatiq; totius Intumescensia, cum incipien-
te putredine, dentiumq; Vacillatione & Carie, crebra animi Deliquia, Dyso-
rexia, totiusq; corporis Atrophia: que tamen singula, filo Methodicæ curatio-
nis firmiori adhibito in tantum, Dei auxilio, ante plures septimanas, cū virium
restoratione paulatim sub sequente ita remisere, ut de nullo horum, aliorumq;
nisi ultimo, Atrophia sc; conqueri coactus sit, quapropter etiam lecto alias con-
tinuè affixus, non raro illum derelinquere, certiq; munia obire potuit: Verum
die à mortu quinto, cum summa Lipothymia, qua medicamentis utut nobilis-
simus auferri infringiq; nequivit, recidivam passus est, que ipsa num ab enormi
gravig; errore externo sit facta, non dubitandum.

Morbo durante aliquoties S. S. Eucharistiâ fuit refectus, præsertim
die quarto ab emortuali singulari mentis attentione, & insigni πληγο-
ποεια JESU suo arctissimè se commisit, & tandem die XXI Febr. placi-
dissimè cum morte vitam commutavit.

Defuncto hodie Hor. i. Exequiæ parabuntur, quas ut frequentio-
ri comitatu ornent, & in æde Mariana convenient, suamq; erga sacro-
sanctum Jehovæ Verbum, Verbiq; Ministerium propensionem & favo-
rem benevolum, Praeconis exuvias ad dormitorium dedu-
cendo declarant, cuncti Academicí Cives sedu-
lò rogantur.

P. P. Rostochi die XXV. Febr. Anno 1653.

• 6(0) 80



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77097628X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097628X/phys_0013)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77097628X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097628X/phys_0015)

DFG



adamatus fuit Macarites, quod ipsu*t*estimonii
communicati, typisq*s* exsculpti verbis omnium
Sic enim ille, Vir Litteratissimus Dn. MATTHIAS
fis, meus per annum & quod excurrit in hac Sala
mihi dilectus, cum ex Academia patria praeclarum t
primis Theologiae eruditioris thesaurum in hanc no
deserret, eundem continuo & indefesso studio noctie
fuit: In auscultandis Lectionibus Theologicis & Di
riss fuit assiduus, In Collegio Disputatorio publico
nentis partes cum aliorum applausu gauditer susci
eodem Collegio proprio marte conscriptam & cert
sam me Preside masculè defendit; in vita & mi
præstit, atq*ue* ut verbo dicam, non exemplum modò
superbaeis exaltis sese exhibuit, rectissime statue
tate esse gladium in manu furiosi. Dehinc cum ad
tionis Theologicæ supelle&tilem Peregrinatione
ceret, adiut Academias extereras celeberrimas, i
marias invisit, cum litteris Commendatitiis à ce
D. GERHARDO ad alios Excellentissimos
instructus esset. Valedixit ergo Jenæ, & saluta
MI ILL M, Marpurgi D. FEU R BORN IUM, Ul
Argentine D. SCHMID ILL M, Francoforti D.
Ratisbonæ D. HERMING ILL M, Coburgi D.
D. HOEN, Lipsie D. HOPFNER IUM, VVite
Helmæstadi D. CALIXTUM, & D. HORNEI
Theologos summos, qui illum humanissime ex
spitis Dn. D. GERHARDI abundè sati
patriam fauste reversus est, atq*s* subsequenti Annis
Urbis Senatu ad Templi Cathariniani Pastoratu
electus & surrogatus est, quam Ecclesiasticam
industriæ, & labore sedulo per ipsos viginti qu
rit, æqui rerum æstimatores satis prædicabunt
di connubiale fædus contraxit cum Virgine LE
THA Kölkenwen / Viri Integerrimi Civisq*s* I
PASCHASII Kölkenwen / Filiâ, hodie Vidua



Patch Reference numbers on UTI
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

the scale towards document

HARD O
re place
to stochi
ngularier
, tum im
um secum
e non de
bdomaila
& Oppo
onem in
mprehen
culpatum
r Theologi
n fine pie
m cogni
re peripi
aniae pri
heologo
nscriptis
. THUM
RICUM,
CHIUM,
Dresdæ
VERIUM,
mplures
oto Ho
1628. in
plissimo
uffragis
ia fide
ustinue
Medar
SABE
rimarii
ctissimi
Ma-